propositū voluntatis eius: benedixit pa-
neo. frater autē ille qui acceperat partē
suā: et nulli dabat: consumpsit panes su-
os: et dixit seni. **Q**uoniam modicū ē quod
ad huc habeo de panibus meis abba: sus-
scipe me ad communem vitam. **E**t dixit ei
senex. **Q**uomodo vis facio. **E**t ceperunt
iterum simul esse et cōmuniter viuere. **F**a-
cta autem iterum abundantia virtuali-
um: veniebant iterum indigentes ut acci-
perent agapem. **C**ontigit autem una die
vt intraret frater ille: et videret quomō
desicerent panes. **V**enit autem et pauper
postularis agapem. **S**enex autē dixit fra-
trilli: da ei panem. **E**t dixit. **J**am non ha-
beo pater. **E**t dixit senex. **I**ntra et quere.
Ingressus autem frater: attendit et vidit
repositiones in quibus panes haberi solēt
repletas panibus. **Q**uod cum vidisset ti-
muit: et tollēs dedit pauperi. atq; ita agno-
kens fidem et virtutem senis glorificauit
deum. **E**xplícit de hospitalitate et mi-
sercordia. **I**ncipit liber de obedientia.

Beatē memorie abbas Arsenius dixit aliquando abbati Alexādro. Quando perextenderis palmulas tuas: tunc veni ut gustemus. Si autē aliqui peregrini superuenient. comedā cū eis. Abbas ergo Alexander leuius et mode-
stius operabatur. **E**t cū facta fuisset hora māducandi: supererat ei adhuc de palmu-
lis suis. **V**oleas autem custodire fīmonem senis: sustinuit. donec explicaret palmu-
las. Abbas autem arsenius cum videret quia tardaret: gustauit: existimans quia forte peregrini ei superuenient. et cuz eis gustauerit. **A**bbas autē alexander postea explicuit vespere perrexit ad abbatē **A**rsenium: et dixit ei abbas arsenius. Pe-
rigrinos aliquos habuisti? **E**t dixit non. Et ille dixit quare ergo non venisti? **E**t repondit. quia dixisti: mihi quando dese-
cerint palme tunc veni: ego autem habui

fīmonē tuūz i animo et nō veni: quia usq; adhanc horam non est cōsumatum opus. **E**t admiratus est senex scrupulositatem obedientie eius: et dixit ei. **C**itius dissunge re ab opere tuocyt ministerium psalmen di facias: et aquam tibi aduehere concur ras: alioquin citius periclitabitur corpus tuum. **V**enit abbas abrahā ad abbatem Arem: et dum sederent simul. superuenit quidam frater: et dixit abbati Arem. dic mibi quid faciat ut saluari possim. **E**t di-
xit ei senex. **V**ade et toto anno isto vespere manduca panē et salem: et veni et iterū lo-
quar tibī qui pergens fecit ita. **C**ompleto
autem anno: venit iterum frater ille ad
abbatem arem: contigit autem ut rursus apud eum inueniretur abbas abraham. **E**t dixit iterum senex illi fratri. **V**ade et leuina isto anno: et post bidū manduca.
Cum uero discessisset: dixit abbas abrahā ad abbatem arem: quare omnibus fratri bus leue ingum iponis. istū vero fratrem graui sarcina onerasisti? **E**t dixit ei senex. Alij fratres quomodo veniūt q̄rere. ita et discedunt: hic ho q̄r propter deū venit au-
dire verbū: operarius autē magnus est: et quicqd ei dixerō. cū omni sollicitudine fa-
cit: prōpterea et ego loquor ei verbuz dei. **N**arrauerunt de abbatē Joanne brevis stature. quia perrexit aliquādo ad quen-
dam senē thebeuz genere. morantē i sci-
thi: qui sedebat in hercimo. **T**ollens autē aliquando abbas eius lignū siccū planta-
uit: et dixit ei. **P**er singulos dies mitte ei
ad pedē eius lagenā aque: donec fructus
faciat. Erat enīz lōge ab eis aqua. vt a se-
ro pergeret et mane rediret. Post tres āt
annos viruit lignum illud: et fecit fructus.
Sumēs autem ex fructu eius senex. attu-
lit ad ecclesiā: et dixit fratrib⁹. **A**ccipite et māducate de obedientie fructu. Dicebant
de Joanne q̄ fuit abbatis Pauli discipu-
lus: quia magne obedientie fuerit. Erat
autem in quodam loco nemoroso: et babi-
tauit in eo leena pessima. **V**ides autē circa
ipz locū senex stercora leene ipi⁹: dixit Jo-
ann⁹. **V**ade et asser stercora illa: et ille dixit ei

Secunda pars

Et quid facio abba propter leenam illaz? **S**enex autem subridens dixit ei. **S**i yenerit contra te: liga eam t asser huc per rexit ergo frater illuc vespere: t ecce venit leena super ipm. **I**lle autem fuit verbuz se nis impetu fecit super eam: vt teneret eam. **F**ugit autem leena: t sequebat eam ille vices. **E**xpecta: quia abbas meus dixit vt liget. **E**t tenens eam alligauit. **S**enex autem expectando eum diutius sedebat t tribulatione affligebatur magna. **E**t ecce tandem venit: t habebat leenam illam ligatam. **Q**uod cum vidisset senex: admiratus est. **V**olens autem humiliare illam: cecidit eum t dixit. **S**tulte: canem satum adduxisti mibi. **S**oluit autem eam statim senex: t dimisit redire ad locum suum. **D**icebant de abbate Siluano. qz habuerit in scibili discipulum nomine Marcius: t hic fuerit magne obedientie: quicqz etiam scriptor antiquari erat. **V**ilgebat autem eum senex: propter obedientiam suam habebat etiam alios yndicim discipulos: qui contristabantur qz diligenter eum plus eis. **Q**uod cum audissent vicini senes: quia plus eum ceteris discipulis suis diligenter: moleste tulerunt. **T**una autem dierum venerunt ad eum. **Q**uos assumens secum abbas Siluanus egredens est de cella sua: t cepit singulorum sutorum cellas pulsare dicens. **F**rater veni: quia opus te habeo. **E**t unus ex eis non est mox secutus eum. **V**enit autem ad cellam Marci: t pulsavit dicens. **M**arce. **I**lle autem cum audisset vocem eius: statim exiuit foras: t misit eum ad quoddam ministerium. **A**bbas ergo Siluanus dixit senibus. **U**bi sunt ceteri fratres? **E**t ingressus est in cellam Marci: t inuenit quarturom nem quem eadem hora inchoauerat: in quo litteram o faciebat: t audita voce sensis: non fixit nec girauit calatum ultra: vt iperet t celeriter litteram quam in manu habebat. **E**t dixerunt senes. **V**ere abba: quem tu diligis t nos diligimus: qm t deus diligit eum. **V**enit aliqui supradicti Marci mater ut videret eum: t habebat secum plurimum obsequium. **A**d quam cu exisset senex: dixit ei illa abba: dlc filio meo vt exeat ad me: vt videam eum. **I**ngridens autem senex dixit marco. **E**grederet: vt videat te mater tua. **I**lle autem vestit erat conciso t reconsuto panno: t caput t facies eius tincta fumo t fuligine cognitum erat. **Q**ui propter abbatis obedientiam t gressus est quidem: sed clausit oculos suos: t ita salutauit matrem suam: t eosq; venerans cum ea dicens. **S**ani estote. **E**t nemo ex eis nec mater sua euz cognovit: quia ipse est etiamque itez misit ad senem: vices. **A**ffa mitte filium meum: vt videam euz. **E**t dixit marco. Nonne tibi dixi: t gredere vt videat te mater tua? **E**t dixit ci mare. **E**gressus sum iuxta verbu tuu pater Veritatem rogo te: ne mibi ultra diccas: vt exeam: ne inobedies tibi videar esse. **E**gressus autem senex: dixit matre eius. **I**pse est qui exiuit ad vos: t salutauit vos dicens. **S**ani esto: t t solat? eam senex: eam discedere fecit. **V**enerat aliqui quatuor fratres de scibili ad abbatem pambio: vestiti pelliceis tuniciis: t indicauit unusq; eoz virtute alterius: non presente eo de quo loquebatur. **U**nus namq; ex eis ieunauit multum: alter vero nihil possidebat. tertius autem habebat plurimam caritatem: de quarto vero dicebant: quia vigintiduos annos haberet in obedientia permanens senioris. **R**espondit a eis abbas pambio: dicens dico yobis qz istius virtus maior est qz ceterorum: qz unusq; vestrum virtutem quam possider voluntate propria retinuit. hic autem voluntate suu abscondens: aliene se voluntatis seruum fecit. **L**a les enim viri confessores sunt: si vsq; ad finem ita permanerint. **V**enit quidam ad abbatem ysoi thebeum volens fieri monachus: t interrogauit eum senex. **S**i ergo habebat in seculo: t ille dixit habeo ynu filium. **E**t dixit ei senex. **V**ade iacta euz in flum: t tunc eris bonus monachus. **Q**ui cu abilis est proiicere eum in flumen: misit senex ynu de fratribus qui prohiberent eum. **Q**ui cum yelleret iactare puerum: dixit ei frater. **Q**ui esce: **Q**uid facis? **E**t ille respondit. **A**bbas mihi dixit: vt puerum eum t dixit ei frater. **S**ed iterum

abbas dixit. **N**ō p̄tias eū. Ille aut̄ reliquias filii suū venit ad senem: et facit ē probatissim⁹ mōach⁹. **D**ixit scā sincretice. Quia īgregatōe cui libet quersanti magis obediētā q̄m cōtinētia p̄ponim⁹ q̄m cōtinētia arrogatiā habet obediētia at būilitatē cōgruā pollicetur. **D**ixit itez q̄ supra. Oportet nos cū discretōe aīaz gubernare: et īgregatōe manentes nō q̄ nrā sūt q̄rēcneq̄ fuire p̄ prie volūtati: quoniam velut exilio relegati nostra dedimus yni secūdū fidē patria: a rebus secularibus alienati. Unde ergo egredī sumus: nihil vlt̄rius requiramus. Ilic enīz gloriā habuimus illic abundātiā cibo rū: hic aut̄ est etiā panis ipsius iopia. **D**ixit abbas iperit⁹. Quia ministeriū monachi est obediētia: quā qui possidet: quicquid poposcerit a deo ipetrabit: et cū fidutia crucifigo astabit. Et enīz dñs sic venit ad crucifixum scilicet obediēt ysc̄ ad mortes. **D**icebat senes. Quia si habet q̄s ī aliquo fidem: et tradiderit se ei ad subiectiōe: nō debet intendere in mandata dei: sed patri suo spirituali omnē voluntatē suam committere: quia illi per omnia obediens: non incurrit peccatum apud deum. **D**icebant senes: quia ista querit deus a christianis: vt obediatur quis diuinis scripturis: quoniam inde accipiet loquendoram et agendorum formam: et vt cōsentiat prepositis et patribus orthodoxis. Frater quidam de scithi vadens ad messem: applicuit ad quandam senem magnum: et dixit ei. **D**ic mihi abba quid faciam: per gens ad metendum? **R**e spondit ei senex. **E**t si tibi dixerit. Acquiesce mihi. Respondit ei frater. **E**t iam obedio tibi. **D**ixit ei senex. **S**i mihi acquiescis surgens vade et renuncia messui huic: et ye ni dicam tibi quid facias. Ille autem frater renunciavit messioni: et venit ad senem. **D**ixit autem ei senex. Intra cellam tuam: et fac quinquaginta dies continuos: semel comedens in die panem cum sale: et iteruz indicabo tibi aliam rem. **E**t fecit sicut rursus venit ad senem. Senex autem videns quia vir operarius esset: dixit ei. quomodo oporteret eum esse in cella sua. **E**t disce-

dens frater in cellā suā prostrauit se prout in terrā: tres dies et tres noctes plorās in conspectu dñi. Post hoc vero cū dicearent ei cogitationes sue. exaltatus es magnus factus es ipse tēperans vitia cogitationum suarū: humiliiter reuocabat culpas suas in conspectu suo dicens. **E**t ubi sunt omnia illa peccata mea que feci? Si autē itez in cogitatione eius ascendebat quia multū neglexerit de mādatis dei: dicebat et ipse itra se. Sed exhibeo paruum seruitū deo meo: et credo quia faciet mecum misericordiā. **H**oc igitur modo cū deuicisset spiritus malaz cogitationum: apparuerūt ei maligni spiritus visibiliter dicētes. **T**urbati sumus a te. Er dixit eis. Quare? **E**t dixerūt. Quia si te exaltamus recurris ad humilitatēs: vero nos te humiliamus: tu te erigis i altū. **D**icebāt qdā senes. Quia nihil sic querit deus ab his qui primitias habent conuersationis: obediētiae laborem. **S**enex quidam solitarius. habuit quandam ministrum manentem in possessione. Contigit autem semel: vt tardante ministro: deficerent necessaria seni. **E**t cum tempus intercessisset: et non veniret minister ille: defecerunt etiam que necessaria habebat senex ad viacuz: et quod operaretur manibus suis. **Q**ui cum afflige retur non habendo quod laboraret. neq̄ unde viueret: dixit discipulo suo yis ad possessionem illam: et vocare nobis ministrum qui solet asserre que opus sunt nobis? **E**t ille respondit. **Q**uod iubes: facio. **D**ifferebat autem adhuc senex: non presumens mittere fratrem. **E**t cum diu sustineret: et tribularentur non veniente ministro: dixit iterum senex ad discipulum suum. **U**is ire yisque ad possessionem: et adducere eum? **E**t ille respondit. **Q**uod yis: facio. **T**imebat etiam discipulus ille descendere ad possessionem: ne scādalizaretur aliunde: sed ne iobediens esset patri suo acquieciuit abire. **D**ixit autem ei senex. Credo in deum patrum meorum: quia proteget te ab omni temptatione. **E**t facta oratione direxit eum. Ueniens au-

Secunda pars

tem frater i possessionē requisuit ubi ma
neret minister ille: et iuenit hospitiū eius.
Contigerat autē eū cū suis omnibns ad me
morā parentū suop extra possessionē in
ueniri: excepta yna filia eius. Quo pulsan
te ianuā filia audiuit: et venit ad ostiū rap
ruit ei. Et cū interrogaret eā de patre suo
illa hortata est eū ut itaret hospitiū: simul
etiam trahebat eū. Ille vero non acquiesce
bat intrare. Sed cū diu eū cogeret. preua
luit eū introducere ad se: et cōplexata est
eū: et cepit illicitare ad cōmīxtionē corpo
ris sui. Illa autē videns se trahi ad luxuriā
et cogitationibus confundī gemiscens cla
mabat ad dominū dicens. Domine ppter
orationes patrie mei libera me i hora ista
Hoc cū dixisset: subito iuuentus est ad flu
men per gens ad monasterium: et restitutus
est ille ad abbatem suū. Duo fratres car
nales venerunt habitare in monasterium
quoddā: ex quibus unus erat preclare cō
tinente alter obedientie magne. Qui voce
bat pater. Fac hoc et faciebat: māduca ma
ne: et manducobat. De qua re magnā opi
nione in monasterio habebat: quia ita obe
diens existebat. Punctus est autem iuini
die mucrone. frater eius ille continens ad
uersus cum: et dixit in semetipso. Ego pro
babo eum si habet obedientiam. Et acce
dens ad patrem monasterii: dixit ei. Dir
te metum fratrem meum ut eamus alicu
bi. Et dimisit eos abire. Et assumens eum
frater ille abstinenſ: voluit eum temptare
Et cum iuissent ad flumen: ubi erat mul
titudo cocodrillorum: dixit ei. Descende in
flumen et transi. Et ille mox descendit. Ne
rerunt autem cocodrilli et lingeant cor
pus eius: in nullo ledentes eum. Quod cū
vidisset frater eius: dixit ei. Ascēde de flu
mine. At cum iter agerent intinerant cor
pus humanum mortuum iacens in via.
Tunc dixit abstinenſ frater: ad fratrem su
um. Si habuissimus aliquid vetustū: ia
ctaremus super corpus illud. Et respon
dens frater ille obedientiſ: dixit. Magis
oremus: et forsitan resurget. Et stantibus
ad orationem atq; orantibus surrexit mor
tuus ille. Quo facto gloriatus est ille absti
nenſ frater: et dixit. Pro cōtinentia mea
surrexit mortuus hic. Omnia autē hec reue
lavit deus abbatū monasterij eoꝝ: et qualis
ter temptauerit fratre suū de cocodrillis: et
quomodo suscitatus fuerit mortu⁹. Et cū
venissent in monasterium: dixit abbas absti
nenſ illi. Quare ita fecisti fratri tuo? Ecce
tamē ppter obedientiā eius surrexit mortu⁹
us ille. Alter quidā secularis vite habens
tres filios renūcianit seculo: et venit ad mo
nasterium reliquē filios suos i ciuitate: Et
cū fecisset tres annos i monasterio. cepe
rūt ei cogitatōes sue filios ad memorā fre
quēter adducere: et tristabat p̄ eis valde.
Neq; enī dixerat abbatū filios se habere
Videns autē abbas eū tristē: dixit ei. Quid
habes quod tristis es? Et narrauit ei: quia
tres filios haberet in ciuitate: et q̄ veller
eos ad monasterium ei adducere. Precepit
autē abbas ut adduceret eos. Qui cū per
rexisset ad ciuitatē: iuuenit duos ex eis iam
fuisse defunctos: vñū vero solūmodo re
manisse. Quē assumens venit ad monaste
riū et requirens abbatem: nō eū iuuenit illie. In
terrogauit autē fratres ubi esset abbas. Et
illi dixerūt. Usq; ad pistinū perrexit. Ille
vero tollēs filiū suū quē adduxerat: abiit
i pistinū. Et vidēs eū abbas venientē salu
tauit: et tenēs iſantē quē adduxerat ample
xatus ē eū: et osculabā. Et dixit patri ei.
Almas eū. Et ille dixit. etiā. Et rursus di
xit ei. Omnia diligis eū? Et respondit i
etiā. Nec audiens abbas. dixit ei.olle
ergo si amas eū: et mitte eū i furnū: sic mo
do dū ardet furnus: et tenēs pater filium
suū lactauit eum i furnū ardente: statim
q̄ factus est furnus velut ros. Ex qua re
acquisiuit gloriam tu tempore illo: quēad
modum Abraham patriarcha. Dicit quidā
abbas senex. Quia frater qui ad obedie
tiā patris spiritualis animū vederit: ma
iorem mercedem habet: q̄ ille qui in bere
mo solus recesserit. Dicebat autem. Quia
narauerit aliquis patrum vidisse se qua
tuor ordines in celo: quorū primus ordo
erat boīm infirmoz: et gratias agenū dco

secundus ordo hospitalitez sectantuz: et instanter ministrati in his. tertius ordo in solitudine conuersantiuz: et non videntiuz homines: quartus ordo eorum qui ad obediendis spiritualibus patribus se subiiciunt propter dominum deum. Crebatur autem ordo obedientiuz torque aurea et corona: et maiorez quibus alii gloria habebat. Ego autem dixi ei qui mihi ostendebat omnia hec. Quomodo iste ordo qui parvus est. maioremque alii gloriam habet? Et respondebat dixit mihi Quia qui hospitalitez sectantur. sim pro priaz voluntatez idipsum faciunt. similiter et qui in beremo se obligant arbitrio suo. seculo recesserunt: hic autem ordo qui se ad obedientiuz dedit. omnes voluntates suas abiicias pender ad deum: et ad iussionez spiritualis patris: propterea et maiorez gloriam pre aliis habet. Quapropter o filii bona est obedientia: que propter deum sit. Intendite ergo filii virtutis huius aliquod ex parte vestigium. Obedientia est salus omnium fideliuz: et omnium virtutuz. Obedientia est regni celorum inuentrix. Obedientia celos aperiens et hominem de terra eleuans. Obedientia cohabitatrix est angeloruz. Obedientia sanctorum omnium cibum est. Ex hac enim multi ablactati sunt: et per hanc ad perfectionem peruenierunt. Explicet liber de Obedientia. Incipit liber de Humilitate.

Hbas Antoniis de
ficiens in consideratione profundiatis iudiciorum dei: postulauit dicentes domine. quomodo aliqui parvo tempore vite sue moriuntur. et alii ultra decrepitaz veniam senectutez. quare quidam egeni sunt et alii facultatibus ditatur: et quomodo iniusti opulenti sunt. iusti vero paupertate pmuntur? Et venit ei vox: dicens. Antoni ad teipsius intendebat enim iudicia dei sunt: et te scire ea non conueniens dixit abbas Antonius abbatii pastori. Doc est magnus opibus. ut culpas suaz super se ynusquisque ponat coram domino: et expectet temptatio nem usque ad ultimum vite sue tempus. dixit iterum abbas Antonius. Vidi omnes

laqueos inimici tensos in terra: et ingemiscens dixit: quisputas transierit istos? Et audiui vocez dicentez. Humilitas. Venerabatur aliquando senes ad abbatez Antonium: et erat eis eius abbas Joseph. Volens autem abbas Antonius probare eos. mouit sermonez de scripturis sanctis: et cepit interrogare a iunioribus quod esset hoc: aut illud verbum: et singuli ei dicebant prout poterant. Ille autem dixit. Nec dum inuenisti. Post omnes vero dixit abbati Joseph. Tu quomodo dicas esse verbum hoc? Alle respondit hestio. Et ait antoni. Tu solus inquit inuenisti humilitatis ianuaz. Astiterunt aliquando abbati arsenio demones in cella sedenti: et tribulabant eum. Superuenient autem et fratres. qui ei ministrare soliti erant: et stantes extra cellaz audiebant eum clamantez ad dominum et dicentez. domine non me derelinquas: quia nihil boni feci coram te: sed presta mihi sim benignitatem tuaz saltez modo habere bene vivendi principias dicebant de eo qui supra. Quia sicut duz in palatio esset. nemo melioribus vestimentis eo yluis est: ita et dum in conuersatione moraretur. nemo eo vilioribus ytebatur. Luzz interrogaret aliquando abbas Arsenius quendam senem egypciuz de cogitationibus suis: alias videns eum dixit abbas arsenius: quomodo tu qui tante eruditio es in latina lingua et greca. ruricuz istuz de cogitationibus tuis interrogas? Ille respondit. Latinam quidez et grecam eruditionez. quibus ad seculum apprebendi: sed alphabeti rustici illius needuz discere potuisse dicebant senes. quia dederint quida fratribus aliquando in scribi paucas caricas. et pro hoc quod panice erant. non transmiserunt ex eis abbati arsenio: ne velut iniuriaz paternerunt ille autem cum hoc audisset. non est egressus iuxta morem ad opus dei eum fratribus celebrandum: dicens. Excommunicastis me: ut non mihi daretis eulogiam quam transmisit dominus fratribus: ex qua ego non fui dignus accipere. Quod cum audisset et oes. edificati sunt in humiliitate senesch yadens presbyter portauit ei de

Secunda pars

caricio istis: et adduxit eum in congregatio-
ne gaudentez. Dicebant autem de eo. quia
nemo potuerit comprehendere modum con-
versationis eius. Sedente autem eodem
abbate arsenio aliquando in inferioribus
partibus egypti: cu[m] illuc iportunitates pa-
ceretur. visus est ei dereliqueret cellaz illa.
Et nihil ex ea tollens: dixit discipulis suis
alexandro et soyllo. Tu alexander ascen-
de nauem: et tu soyle veni mecum usque ad
flumen. et quere mihi nauiculaz in alexan-
driam euntem: et ita nauigabis et tu ad fratre
tu[m]. Soylus autem turbatus est in verbo
suo. et tacuit atque ita diuini sunt abinuice
Descendit autem senex circa partes alexan-
drie et egrotauit egritudine magna. Disci-
puli autem eius dicebant acinuicez. Putas-
ne aliquis nostri contristauit eum: et pro-
pterea diuisus est a nobis? Et non inueni-
ebant in se ingratitudinis causaz neque q[uo]d
inobedientes ei aliquando fuissent. Num
vero sanus factus fuisset senex: dixit ad se
metipsuz. Quidam ad patres meos: et ita na-
uigans. venit in locum qui dicitur petra:
ubi erant supradicti ministri eius. Cu[m] ve-
ro esset iuxta flumen: puella quedam ethio-
pissa veniens. tetigit melotem eius. Senex
autem increpauit eam. Illa vero dixit. Si
monachus es: vade in montem. Compun-
ctus autem in hoc verbo senex: dicebat ad
se metipsuz. Arseni. si monachus es: vade
in montem. Et inter hec occurserunt ei ale-
xander et soylus discipuli eius. Et cu[m] ceci-
dissent ad pedes eius. proiecit se etiaz et ipse
in terram: et lebant simul. Dixit autem se-
nex. Non audistis: quia egrotauit? Et dixe-
runt ei. Etiaz audiuiimus. Et ille dixit. Et
quare non venistis videre me? Et dixit
alexander. Quia diuissio tua a nobis non
fuit tolerabilis. quoniam multi ex ea con-
tristati sunt dicentes. Nisi inobedientes
fuissent seni: nequam se separasset a no-
bis. Et dixit eisenex. Et ego cognoui quia
hoc viceret: tam[en] iterum dicturi sunt homi-
nes: q[uo]d non iuuenies colubam regem pedib[us] suis;
reuersa est ad Noe in archaz. In hoc ergo

verbo curati sunt animi discipulorum eius:
et permanserunt cu[m] eo usque ad ultimum vi-
te sue temporis. Quo morti appropinquante
turbati sunt: et dixit eis. Non duzy veni ho-
ra: cu[m] autem venerit: indicabo vobis. Ju-
dicari autem habeo vobis cu[m] ante tribunal
christi: si permiseritis quenq[ue] de corpore
meo aliquid facere. Et illi dixerunt. Quid
ergo faciemus. quia nescimus mortu[m] ve-
stire vel sepelire? Et dixit senex. Nescitis
mittere funeris in pedes meus: et trahere in
montem? Cu[m] autem traditurus esset spiri-
tu[m]: viderunt fratres eius flentes: et dicunt
ei. In veritate tu times mortem pater? Et
dixit eis. In veritate enim timor qui in hac
hora mibi est semper fuit in me. ex quo fa-
ctus sus monachus: et timeo valde. Atque
ita in pace obdormiuit. Ille autem sermo
seper in ore illius erat. Arseni propter qd
existit. Loqui me seper penituit: tacere nu-
q[ue]. Audiens autem abbas. Pastor quia ab
bac vita discesserit arsenius: lachrymatus
est et dixit. Beatus es abba arseni: quia fle-
uisti temetipsuz in seculo isto. Qui enim se
in hoc mundo non fleuerit: semperne plo-
rabit illicius igitur voluntarie hic. siue il-
lic tormentis cogentibus impossibile est non
fleere. Narrauit abbas daniel de abbatie
arsenio: quia nunq[ue] voluit loqui de questi-
one aliqua scripturarum. cu[m] posset magni-
fice loqui si yellet: sed ne que epistolaz cito
scriptis ad aliquez. Quando autem ad con-
uentuz post aliquantum temporis veniebat.
post columnas sedebat: ne quis videret fa-
ciez eius: et ne ipse attenderet alium. Erat
autem visio eius angelica sicut Jacob. ca-
nis ornatus crinibus ele[phant]is corpore: sic
eius tamen. Habebat autem barbam prolixam
oto attingentez usque ad ventre eius. Pi-
li oculoz eius pre nimio fletu ceciderant:
languor aut erat: sed senio languido curuat.
Mortuus est autem annorum nonaginta/
qui inque. hic fecit in palatio diuine memo-
rie Theodosii maioris. q[uo]d fuit pater archa-
dii et honorii. annos q[uo]d dragit: et dece annos i
loco q[uo]d dicitur ibore. supra babyloniam. otre

ciuitates mēphis: et tres annos in canopo alexandrie: et alios duos annos reuertēs iterū in throben fecit: et ita dormiuit consumans in pace et in tuncore dei cursus suus: vir bonus et plenus spiritu sancto et fidei. Narrauit abbas Joānes. quod abbas anub et abbas pastor et residui fratres corum ex uno vtero nati. monachi fuerunt in scithis: et quando venit illuc gens mazicoruſ: et defolauerūt locuſ ipsum. primo discesserunt illinc: et venerūt in locuſ qui dicitur theremitiby. donec deliberarent ubi habitare deberent: et manserūt illuc in templo quodā antiquo paucos dies. Dixit autem abbas anub abbati pastori. Ostende caritate tu et fratres tui: et singuli seorsus habitemus: et non veniamus ad nos inuicem hebdomada bac. Et respondit abbas pastor. Faciamus qualiter vis. Et fecerunt sic. Erat autem ibi in templo statua lapidea et surgebat quotidie abbas anub faciez statue illius lapidabat vespere autem dicebat. ignoscere mibi: et tota hebdomada ita fecit. Die autem sabbato occurserunt sibi iuicē et dixit abbas pastor abbati anub. Vidi te abba hebdomada ista lapidantez faciem statue huius: et iterū penitentiaz agentem apud eam: fidelis autem homo hec non facit. Et respondit senex hanc rez ego propter vos feci. Quando me vidistis lapidantez faciebz statue istius: an locuta est aliquid. an furiuit. Et dixit abbas pastor. Nō iterū quādo apud eā penitentiā egil: an turbata est. aut dixit ignosco. Et respōdit abbas pastor. Nōt ille dixit. Ergo et nos qui sum⁹ septem fratres. si vultis ut maneamus simul. efficiamur velut statua hec: q̄ contumelias affecta nō conturbaſſi aut nō vult ita fieri. ecce quatuor ingressus sunt templi huius. unusquisq; qua vult exeat: et quo vult: yadat. Illi autem hec audientes prostrauerunt se in terrā: et dixerunt anub. Quomodo iubes pater ita fiat: obe diemus tibi in omnibus q̄ dixeris nobis. Postea autem retulit abbas pastor: dicens. Quia manducam simul omni tempore vi nostre. operantes et facientes omnia se

cundū verbū senis: quodcūq; dixerit nobis. Constituit autē vnu ex nobis dispensatorem. qui quodcūq; nobis apposuisset manducabamus: et impossibile erat ut diceret aliquis ex nobis. affer alius aliquid aut viceret nolo illud manducare: et sic trā suūmū omne tēpus vite nostre cū quiete et pace. Dicebat de abbatē amone. Quia venerūt quidā ad euſ petentes ut iudicaret iter eos. Senex aut dissimulabat. Et ecce qđam mulier ad aliam mulierē iuxta se stantem dicebat. Senex iste fatuus ē. Audivit autē eā senex: et vocās illam ad se: dixit eiſquantos labores putas sustinui in solitudinibus diversis. ut acquirerē fatuatē istā: et propter te hodie perditurus sū. Narrauerūt de episcopo ciuitatis que vocatur oxirincus nomine abbas assūsus: quod cū esset monach⁹. nimis dur⁹ tractauerit vitā suā: et cū factus esset episcopus voluit ipsa duritia vti i ciuitate quā i heremo ha buerat: et nō pualuit. Idcirco prostrauit se i ſpectu dñi dicens. Putasne dñe ppter episcopatū diſcessit a me gratia tua. Et ruelatij ē ei qz nō: sed qz tūc ſolitudo erat: et cū nō eſſet homo. deus tuus ſucepto erat nūc at hic i ſeculo es vbi hoies auxiliari ti biſdixit abbas daniel. Quia erai i babilonia filia ciuiſdā primarii: demoniū babēs. Pater at ei diligebat monachū quēdāfōxit aut ei monachus ipē. Nemo potest curare filiā tuā: niſi quos ſcio ſolitarios: eti perreveris ad eos: nō acquiescēt hoc face re ppter humilitatē. Sed hoc faciamus ut quādo veniūt afferētes venalia que operātur: dicatis vos emere velle quod venuunt: et dū venerint ad domū preciū accep tū: dicemus eis ut faciant orationē: et credo quia ſaluabitur filia tua. Execuntes ergo in plateā inuenierunt vnu discipulū ſenem ſedentē ut venderet ſportellas suas et tulerunt eum ſecū in domū: ut quālī pre ciū ſportarum acciperet. Et cum intraverit monachus ille in domū: venit puella illa que a demonio vexabat: et dedit ala pā monacho illi. Ille autem conuertit ei et alterā maxillam: ſecūdūm diuinum prece-

Secunda pars

petum. **D**emon aut̄ coactus clamare cepit.
Q violentia mandator̄ iesu xp̄i expellit
me hinc. **E**t statim mundata est puella illa
Cum autē venissent ad senes idicauerūt
eis quod fuerat factū: et glorificant deum
et dixerunt. **L**onsuetudo est diabolice su-
perbie: humilitate mandator̄ ihu xp̄i cor-
ruere. **D**ixit abbas euagrius. **P**rincipiuz
salutis est. si te ipsum redarguis. **D**ixit ab-
bas Serapion. quia multos labores cor-
porales feci. plusq; filius meus zacharias:
et non perueni ad mensurā humilitatis et
taciturnitatis eius. **A**bbas moyses dixit
fratri zacharie: **D**ic mihi quid faciat? **I**lle
aut̄ hoc audiens. iactauit se pronus in ter-
raz ad pedes eius: dicens. **T**u me interro-
gas pater. **D**ixit ei senex. **C**rede mihi fili
zacharia. quia vidi spirituz sanctū descen-
dente in te: et ppter ea cōpellor interrogā-
re te. **T**unc tollens zacharias cucullā suā
de capite suo. misit illā sub pedibus suis:
et conculcans eā dixit nisi ita deculcat? fue-
rit homo: nō potest monachus ēē. **D**ixit ab-
bas pastor. **Q**uia interrogauerat abbas
moyses fratrem zachariā. tēpore quo mo-
riebat dicens. **Q**uid vides? **E**t ille dixit:
Nihil melius q; tacere pater. **E**t dixit ei
Sili verū ē: q; tacere bonū est. hora autē
mortis eius sedens abbas Isidorus: respe-
xit in celū et dixit: Letare letare fili mi-
zacharia: q; aperte sunt tibi ianue regni celo-
rū. **S**ancte memorie Theophilus episco-
pus alexandrinus. venit aliquādo ad mon-
te Nytrie. et venit ad euz abbas montis il-
lius: et dixit ad euz episcopus. **Q**uid aplius
inuenisti via ista pater? **E**t respondit ei se-
nax. **I**lupare et reprobendere meipsuz: sine
cessatione. **E**t dixit ei episcopus. Non est
alia via sequenda nisi hec. Quando abbas
theodorus cū fratribus manducabat. acci-
piebant calices cū reuerentia et taciturni-
tate: nec dicebāt. sicut mos est. ignosce. **D**ixit
aut̄ abbas Theodorus. Perdidérūt
monachi ingenuitatem suaq; et non dicunt
ignosce. **D**icebant de eodez abbate Th-
eodoro. q; cum factus esset diaconus et
in scithi non acquisiebat ministrare.

Thuc atq; illuc fugiebat: et iterum senes
adducebant eum: dicentes. **N**on derelin-
quas ministeriū tuū. **D**ixit autem abbas
Theodorus. **P**rimittite me et deprecor deū
et si ostenderit mihi. quia si debo stare in lo-
co ministerii huins facias. **E**t duz depreca-
retur deum: dicebat. **S**i voluntas tua est
domine vt stez in hoc ministerio: demōstra
mibi. **E**t ostensa est ei columna ignis de ter-
ra usque ad celuz: et vox sonuit dicens. **S**i
potes fieri sicut columna hec: vade mini-
stra. **I**lle aut̄ audiens: statuit apud se nul-
latenus acquiescere ministrare. Qui cum
venissent ad ecclesiaz: penitentiaz apud eū
egerunt fratres: dicentes. **S**i non vis mi-
nistrare vel salti calicē tene. **E**t non acqui-
euit dices. **S**i me nō dimittitis discedā de
loco isto. **E**t ita discesserūt ab eo. **D**icebat
abbas Joānes brevis. **Q**uia ianua dei est
humilitas: et patres nostri q; multas otume-
lias gaudētes ita ruerūt ciuitatē dei. **D**ixit
iste q; supra. **Q**uia humilitas et timor dei:
superant vniuersas virtutes. **D**ixit abbas
Joānes thebeus. **Q**uia debet monachus
ante oīa humilitatē habere. **H**oc est enim
prīmū saluatoris mādatū dicētis. discite a
me: q; mitis suz et humiliis corde. **E**t alibi
Beatī pauperes spiritu: quoniā ipsoz est
regnū celoz. **L**ollecti sunt aliquando fra-
tres qui habitabāt i scithi: et ceperūt intra
se q; rere de melchisedeb sacerdote. **O**bli-
ti sunt aut̄ vocare abbatez copře. **P**oſtea
autem vocantes eum: interrogabāt eum
de eadem questione. **I**lle autem tundens
tertio os suū dixit ueh libi copresqua que
tibi mandauit deus vt saceres: dereli-
quisti: et que a te non requirit illa scrutari
presumis. **H**ec audientes fratres: fugarūt
singuli in cellas suas. **N**arravit aliquan-
do de scipso abbas Macharius dicens.
Quando eram iuuenis et sedebam in cel-
la mea: tenuerunt me et fecerunt me cleri
cum inuitum. **E**t cum nollem acquisescere
ad ministrandum: fugi ad alium locum. et
venit ad me quidam secularis quidez bo-
mo: sed vita religiosus: et tollebat a me op̄
q; dō faciebam manibus meis: et ministrabat

mibi que necessaria erat. Contigit autem te
prante diabolo. ut virgo quedam in vico
suo viciata lapsus incurseret: et cu[m] in vte-
ro babere cepisset. interrogabatur quis es-
set de quo in vtero haberet. Illa autem di-
xit: quia hic solitarius est: qui mecum dor-
minuit. Exeunte autem de vico illo. cōpre-
benderunt me: et adduxerunt ad vicum. et
appenderunt in collo meo cacabatas ol-
las. et ansas vasorum: et miserunt me circui-
re per vicus illius. et per vias ducebant di-
centes. Dic monachus corrupit filiam no-
stram: tollite. tollite eum. Et ceciderunt me pe-
ne ad mortem. Superueniens autem quidam
senus dixit. Quidiu monachus istus ceditis
peregrinum? Ille autem qui mibi solebat
ministrare necessaria: sequebatur retro cum
verecundia. Etenim et ipsum contumelias
multis afficerunt: dicentes. Ecce solitari-
us monachus cui tu testificabar: quid se-
cit? Et dixerunt parentes puelle illius.
Quia non videremus eum: donec fidei usso-
re prebeat. qui pascat eam. Et dixi illi qui
mibi ministrare solebat: et fidem dedit. Et
reversus sum in cellam meam: et dedi ei quan-
tas habui sportellas: dicens. Nelle eas: et
da illi mulieri mee manducare. Picebam au-
tem in animo meo. Machari ecce inuenisti
tibi mulierem: opus habes modo amplius la-
borare. ut pascas eam. Et operabar non so-
luz in die: sed etiam in nocte. et transmissebas
ei. Quis autem venisset tempus infelici illi ut
pareret: artabatur per plurimos dies et non
pariebat. Dicunt ergo ei. Quid est hoc? At
illa dixit. Ego scio quare ista patiar. Et in
interrogata a parentibus suis quare: re-
spondit. Quia monacho illi crimen illud i-
posui. et fallens implicavi eum: cu[m] iste non ha-
beat culpam: sed inuenis ille talis hoc fece-
rit. Audiens autem hec verba minister me-
us. gaudens venit ad me: et dixit. Quia non
potuit parere puella illa. donec confitere-
tur: quia tu nullus crimen in ea habuisses:
sed quia mentita sit aduersum te. Et ecce
omnes habitatores vici illius volunt veni-
re: hic ad te glorificatur deus: et penitentia
apud te acturi. Ego autem audiens ista a mi-
nistro meo: ne affligerent me homines sur-
rei et fugi: hic in scutis hoc est principium
cause propter quam hic habitare cepi. Pre-
teriens aliquando abbas Machari a pa-
lude. ad cellam suam. et reuertens portabat
palmulas: et ecce occurrit ei diabolus in via
cum falce messoria. Voluit autem percutere
eum de falce illa: et non potuit. Et dixit ei.
Multaz violentiam patior a te machari:
quia non possum preualere aduersum te. Ecce
enim quicquid tu facis: et ego facio. Jejunas
tu: ego penitus non comedo: vigilas tu:
ego omnino non dormio. Unum est autem
solus: in quo me superas. Et dixit ei abbas
Machari. Quid est illud? Et respondit
diabolus. Humilitas tua: per quam non pre-
ualeo aduersum te. perrexit aliquando ab-
bas Matheus de raythu. in partibus geba-
len. Erat autem cum eo frater eius. Et venit epi-
scopus loci illius ad memoriam senem: et fecit eum
presbiterum. Et dum gustaret simul: dixit epi-
scopus. Ignosce mibi abba. quod scio quod nolue-
ris hanc rem: sed ut benedictionem tuam accipe-
rem. presumpsi hoc sacerdos dixit ei senex cum hu-
militate. Et animus meus modicum volebat
hoc. Ueritatem in hoc grauiter sero quia
cōpellor separari a fratre meo qui mecum est:
neque enim sufficio omnes orationes quas
simul faciebam implere. Et dixit episcopus.
Si scis quia dignus es: ego et ipsius ordinio
Et dixit ei abbas Matheus. Evidenter si
dignus es: nec scio: unum autem scio. quia
melior me est. Ordinavit autem et ipsum
episcopus. et ita utique recesserunt de hac
vita: ut nunquam se ad sacrificandum oblatio-
nem altario proximarent: dicebat autem
senex. credo in deum quia forsitan non su-
stineam graue iudicium propter ordinatio-
nem quam suscepit: dum oblationem non
audeam consecrare. Hoc enim officium il-
lorum est: qui sine querela vivunt: dixit au-
tem abbas Matheus. Quantum se homo
approximat ad deum: tantum se peccatorem
videret: Iesaias enim propheta videt dominum
misericordiam se et inmundum dicebat: nam vir la-
bijs pollutus est: dicebat de abbate Moy-
se. Quod cum factus est clericus: ipso fuerunt ei hu-

Secunda pars

meraleſt dixit ei archiepiscop⁹. **V**eſce facit⁹
es cādīat⁹ abba. **M**oyses ſt ille respōdit
Putas deforis dñe papa aut ſt intus. **C**lo
lens autē epus eū probare: dixit clericis.
Quando intrat abbas moyses ad altare.
expellite eū: t sequimini eū ut audiatis qd
dicat. **L**ū autē cepiſſent eū mittere foras:
dicebant ei. **E**x foras ethiops. **I**lle vero
egrediēſ dicebat. **B**ene tibi fecerūt cine
rente t cacabate. quia cum homo non ſis
quare te i medio hominū dare pſūpſisti?
Lū abbas pafor i cōgregatione eſſet. au
diens de abbate nesterone: desiderauit eū
videre t mandauit abbati ei⁹ ut mitteret
euz ad ipsuz. **Q**ui cuſ nolleſ euz ſolū dimi
tere: non direxit eū. **P**oſt paucos. alſt dies
dispenſator monaſterii rogauit abbate. vt
permitteret eū ire ad abbate pafore: t di
ceret ei cogitationes ſuas. **A**bbas autem
eū dimitteret: dixit ei. **T**olle t fratrem
iſtu tecū. quia mandauit mihi deipſo ſenex⁹
t non preſumens eū ſolū dimittere: diſtuli
vſque modo. **L**ū ergo veniſſet dispenſator
ad ſenē. locutus eſt ei de cogitationib⁹ ſu
is: t ille ſanauit euz reſponſione ſua. **P**oſt
hec autē interrogabat ſenex fratre illuz: di
cens. **A**ffa nesteron. quomodo acquisui
ſti virtutē hanc. vt quando imergit tribu
latio aliqua in monaſterio. nō loquaris ne
que te mediū facias? **E**t cuſ diu cogeretur
frater a ſenex: dixit ei. **I**gnosce mihi abba:
quia quando intrauit in initio i congregationē
iſta: dixi aio meo. **L**ū t aſinus vnuſ
eſtote. **S**i ergo aſinus vapulat t no loqui
tur. iniuriarib⁹ patitur t non repondeſt: t ſic
tu: quē admodū in psalmo legitur: vt iume
tu ſacrus ſu apud te: t ego ſe per tecū. **D**i
cebar de abbate Olympio in ſcithi quia
ſuus eſſet. t deſcendebat per ſingulos an
nos in alexandriā. portans mercedē domi
ni ſuū: t occurrebat ei t ſalutabant eū.
Senex autē aquā mittebat in pelui: t afſe
rebat vt lauaret pedes dominis ſuū. **I**lli
autē dicebant ad eū. **N**oli paterine graues
nos. **I**lle vero repondebat eis. **E**go conſi
teor quia ſuus vester ſu: t gratias ago: q
diniuſiſ me libeſ ſuire deo. **S**ed tamen
lano vobis pedes: eſee t ſuſcipere merce
des meas. **I**lli autē contennebant: t non ſe
quieſcebanſ dicebat ergo eis. **C**redite mi
hi: quia ſi nō vultis recipere mercedes me
as: remanebo hic t filio vobis. **I**lli autē
reuerentiā eius habentes: dabant in poſte
ſtatē eius ut faceret quod velle. **E**t reuer
tentē b̄ducebāt eū cuſ honore: prebētes ei
que neceſſaria erāt: vt faceret pro eis aga
peſt ex eo factus eſt nominatus monach⁹
in ſcithi dicebat abbas. **P**afor. **Q**ui ſem
per homo humilitatē t timore dei babens
respirare debet incessabiliter: ſicut ſtatuz
quē naribus attrahit vel emittit. **I**nterro
gat⁹ eſt abbas pafor a quodā fratres quo
modo debeo eſſe in loco in quo habito? **E**t
repondit ei ſenex. **H**abeto prudentiā ve
l adueniā: t quoqūque in loco ſucris. ne
queras verbū tuū corā te habere potenti
az: t quiesciſ. **D**ixit iterū quia ſi proieceret
ſe quis in conſpecu dei. t non ſeipſi exi
lerit. t miſit post terguſ ſuuz propriaſ vo
luntatez: ferramenta ſunt quibus anima
operator. **I**tc⁹ dixit. **N**on metiarlo temet
ipsū: ſed adberere ei qui bene conuertatur
dixit iterū. quia frater interrogauit abba
te aloniuz dicens. quid eſt contēptus? **E**t
dixit ſenex. **V**el ſis in ſra animalia tratio
nabilia: t ſciſ quia illa non contemnunt
dixit itez qui ſupra. quia humilitas terra ē
in qua dñs ſacrificij fieri mandauit. **R**ur
ſus dixit. quia ſi hō ordinē ſuuz eſtodiari:
non conturbabitur. iterū dixit. quia ſedē
tibus aliquādo ſenib⁹ ad manducandū. ſta
bat abbas aloni⁹ t ministrabat: t vidētes.
laudauerūt. ſille autē oīno nibil reſpoſit ſoi
xit ergo ei quidam ſecreteſquare non re
ſpondiſſi ſenib⁹ laudantib⁹ te? **E**t dixit ab
bas aloni⁹. quia ſi rūderē eis. iuuenir eſt
etat laudib⁹ meis. **M**arauit abbas iofeph
quia ſedētib⁹ nobis eliquando eis abbate
pafore. nominauerūt abbate agathonē: t
dixim⁹ ei. iuuenis ē. quare eū appellaſ ab
batez. **E**t dixit abbas pafor. quia os ſuū
feſit eū appellari abbate. dicebat ſe abba
te pafore. qz nūq̄ voluiſſet fmonē dimi
ſere ſupra ḥbū alteri⁹ ſenio: ſz magis lau

dauerit sepe: ille dixisset. Venerit aliquā
do: sancte memorie theophilus ep̄s alex-
andrinus in scithym. Congregati autē fra-
tres: dicerunt abbati pambō. Dic vñ ser-
mone paper: vt edificet animas eius ī hoc
loco. Et respondit senex. Si in taciturni-
tate mea non edificatur: neq; in sermone
meo edificabitur. Narravit frater pystus
vicens. Quia iūimus septē fratres solita-
rii ad abbatē sylo. habitantē in insula cli-
smatos: cū rogaremus eū vt diceret no-
bis aliqd. ille respōdit. Ignoscite mibi: qz
ydiota homo suzsed yeni aliquā ad abba-
tem. Or: t ad abbatē atrē: t erat ī infirmi-
tate abbas. Or decē: t octo annis: t cepi
supplicare eos. vt diceret mibi aliqd ybū.
Et dixit abbas or. Quid tibi habeo dice-
re: quicqd yides fac. Deus enī illius ē. q
sibi ultra qz potest extorquet: t violētiaz
facit ad omnia. H̄i tamē ambo non erant
de yna pūcia: hoc ē abbas. Or: t abbas
atrem. Sicut autē inter eos magna gratia:
donec exirent ambo de corpore. Abbas
autē atrem sūme obediētie erat: abbas sylo
or multe humiliatis. Fecei ergo apō eos
paucos dies. inuestigans virtutez eoz: t
vidi mirabilē quid: quod fecit abbas atrē.
Attulerat enī eis quidā pīscem modicū: t
voluit illū facere abbas atrem. seniori ab-
bati or. Posuerat ergo abbas atrem cul-
tellū: t incidebat pīscē illū: t vocauit eum
abbas or dicens. Atrem atrem! Ille yero
statiz dimisit culteluz ī medio pīscē iciso: t
nō pericidit eū: t cucurrit ad eū. Et mirat
suztantiaz obedientiaz eius: quia nō dixit
expecta donec incidero pīscēz. Dixi autem
ego abbati atrez. Ubi inuenisti obedienti-
am bane? Et ille mibi respondit. Non est
measēd istius senis est. Et talit me dices.
Veni t vide obedientiaz eius. Coxit ergo
modicū pīscem male: ita vt perderet eū vo-
luntarie: t apposuit eū seni: t manducavit
nihil loquē: t dixit ei. Bonū ē senex. Et il-
le r̄ndit bonū valde. Post hec attulit ei illō
modicū nimis bñ coctū: t dixit ecce istud
pīdī senex: male istud coxi. Et ille r̄ndit.
Enī modice tibi male exiuit. Et cōuersus

ad me abbas atrē dixit. Vides qz hec obe-
diētia isti' senis ē: Et exi ab eis: t qz qd. vi-
di h̄ seci fini virtutez meā. Nec dixit abbas
sylo si atrib⁹. Unus autē ex nobis roga-
uit eū dicens. Ostende caritatē: t dic no-
bis t tu vñ finonez. Et dixit. Qui habet
quod innumerabile est in scientia: perficit
omnē scripturā. Itēz alter ex nobis dixit
ei. Quidēst peregrinatio pater? Et respon-
dit. Tace: t ī oī loco quocūq; veneris dic.
Non habeo causaz: t hec est peregrinatio.
Venerit quidā frater ad abbatē sylo in mo-
tez abbatis Antonij. t loquentibus eis: di-
cebat abbati sylo. Modo adhuc non per-
uenisti ad mensurā abbatis Antonij pater.
Et respondit ei senex. Ego si haberē vnas
cogitationē abbatis Antonij: efficerer to-
tus velut ignis. Verūtamē scio boiez: qui
cū labore potest ferre cogitationes suas.
Itēz autē interrogavit eū frater ille dicens.
Putas sic persequebatur satanas anti-
quos? Et dixit ei abbas sylo. Modo plus-
quia tēpus eius appropinquauit t turba-
tur. Venerunt quidā alii ad eū vt audiret
ab eo sermonē. t nihil eis loquebatur: sed
semper dicebat signoscite mibi. Videntes
autē sportellas eius: dixerūt discipulo eius
Abrahā. Quid facitis de sportis istis? Et
respōdit eis. Huc t illuc eas expendimus.
Hoc autē audies senex: dixit: Et sylois hic
t ide māducat. Illi autē audiētes edificati
sunt valde. ī humilitate senis: atq; cū gau-
dio recesserūt. Frater quidā interrogava-
vit abbatē sylo dices. Video meipsum: qz
memoria mea ad deū: itēta sit. Et dixit ei
senex. Nō est magnū hoc: vt mēs tua cum
dco sit. Magnū autē est si teipsuz yideas
sub omni creaturā: hoc autē t labor corpor-
alis corrigit: t ducit ad humilitatis viam.
Dixit bñ memorie sinclitice. Sicut ipossi-
bile est nauē fabricare sine acutis: ita ipos-
sibile est hoiez sine humilitate saluari. Di-
xit abbas iperitus. Arbor vite est ī excel-
so: ascēdit ad eā humilitas monachi: Duxit
itēz qz supra. Imitare publicanū illum: ne
cū phariseo dāneris: t se qzre māsuētudinē
noysi: vt sūmitates cordis cui resecas cō-

Secunda pars

uertas in fontes aquaz. **Dixit abbas Os-**
silius. Si fragmen crude tegule i fūdamē
to mittat, ybi iuxta sit fluuius, non sustinet
vnuz diez, cocta autem permanet velut la-
piscita est homo qui carnalez sapientiam
habet et non est temptationuz igne excoctus
sicut et Joseph. **Vniuersitatem** enim verbo dei
resoluitur; qui cuz initiuz fecerit, multis te-
ptationibus in medio hominū agitat. **Bo-**
nuz est eniz ut quis nouerit mensuras su-
as, et declinerit in initio pondus, fortis autē
in fide imobiles sunt. **Nam de ipso sancto**
Joseph si velit aliquis loqui: dicit qr nec
terrenus erat. **Quanto temptatus,** in quali
provincia: ybi nec vestigiaz erat diuinī cul-
tus. **Sed deus patrꝫ eius erat cuz eo,** qui
eripuit euz ex omni tribulatione: et nūc est
cū patribus suis in regno celoz. **Et nos er-**
go agnoscentes mēsurās nostrās certem⁹;
vix eniz possum⁹ nos esfugere iudiciū dei.
Sener quidaz erat solitarius vacans i be-
remo: et dicebat in semetipso quia perfec-
tus esset in virtutibus. **Hic orauit deū dicens.**
Ostende mihi quid desit perfectioni
mee: ut faciaz. **Uolens autē deus humilia-**
re cogitationes eius: dixit ei. **Uade ad il-**
luz archimandritā: et quicquid tibi dixerit
facito. **Reuelauit autē deus archimādri-**
te illi, anteqꝫ ille veniret ad eū: dicens. **E-**
cce ille solitarius veniet ad te, dic ergo alli
ut tollat flagellū: et yadat et pascat tibi por-
cos. **Ueniens ergo sener pulsavit ostiu;** et
ingressus ē ad archimandritā illū. **Et cuz**
se salutassent: sed erūt. **Et dixit ei solitari⁹**
ille qui venerat. **Dic mihi quid faciā ut si⁹**
salu⁹? **Et dixit ille.** **Facies quodcuqꝫ di-**
xero tibi. **Et respōdit.** etiā. **Et dixit ei.** **E-**
cce tolle flagellū et vade pasce porcos. **Hi-**
aūt q eū nouerat et audierat d eo, cū audi-
erat qr porcos pasceret: dicebat. **Vidistis il-**
lū magnū solitariū d quo audieram⁹? **E-**
cce stupuit cor eius. et a demonio vexatur:
et pascit porcos. **Uidens autē deus humili-**
tatem eius, qr ita patienter sustinebat op-
probria hominū: precepit eū iterū redire
ad locū suum. **Quendā senē monachū so-**
litariū. **Homo q a demōlio vexabat et for-**

titer spumabar: pensis in maxillā. **Senex**
vero conuertit ei alia maxilla. **Stati de-**
mon non ferēs incendiū humilitatis illius:
mox exiliuit ab eo dixit senex quidaz. **Qn**
cogitatio superbie aut elationis cor tuu⁹
intrauerit: scrutare cōsciētiā tuā. **Si oia**
mandata diuina custodisti: si tūmicos tuos
diligis: si gaudeas in aduersarii tui glorifi-
catione, et si cōtristarī i minoratōe eius:
et si cognoscis teipm esse inutile seru⁹ et
omniū peccator⁹ deteriorē ee. **Si** nec tūc
ita de te sentias: quasi omnia correxeris
sciens qr būiūsmōi cogitatio tua vniuer-
sa resolute, **dixit senex** cuidā: **Non appo-**
nes cor tuū aduersus fratrē dicens, quia
tu illo sobrior et cōtinenter et intelligētor
s. sed subditus esto gratie dei i spū paup-
tatis: et p caritatē non ficti: ne spū exalta-
tionis elatus perdas labore tuu⁹ sed esto
spirituali sale conditus i christo. **Dixit senex.**
Quia si quis plusqꝫ dignus est honoratur
aut laudatur amplius patitur detrimēt⁹:
qui aut omnino nō fuerit ab hoib⁹ hono-
ratus: hic in celestibus honorabitur. **Fra-**
ter aliquis interrogauit senem dicens.
Bonum est assidue penitere? **Et respon-**
dit ei senex. **Vidimus Iesum filium naue**
quia cum prouis iaceret in facie apparuit
ei deus. **Interrogatus senex** quare ita in-
quietaretur a demonib⁹: **respondit.** **Vi-**
co quia arma nostra abiicim⁹: quod est cō-
tumelia: et humilitas patientia et pauper-
tas. **Frater quidam interrogauit senez**
dicens. **Si quis frater tulerit ad me de-**
foris cogitationes suas: dicaz ei ut nō eas
afferat ad me? **Et respondit ei sener.**
Noli. **Et dixit frater.** **Quare?** **Re-**
spondit ei senex: quia nec potuimus id cu-
stodiare: et ne forte cum dicimus proximo
ne faciat illud: inueniamur et nos postea
id ipsuz facientes. **Et dixit frater.** Quid er-
go debet fieri? **Et respondit ei senex.** **Si**
voluerimus taciturnitatem seruare: suffi-
cit proximo modus ipse. **Interrogatus est**
quidaz sener: quid esset humilitas. **Et ille**
respondit. **Si peccanti fratri in te ignove-**
ris: anteqꝫ apud te penitentiam agat. **Pi-**

In senex. In omni temptatione non cul-
pes hominē sed temetipsum tantuz dices.
quia pro peccatis meis hec euenerunt mi-
bi. **D**ixit senex. Nunq̄ preterui ordinē
meum. vt altius ambulare; neq̄ sum ali-
quando in humilitate positus. **O**is enī co-
gitatio mea in hoc erat vt deprecarer de-
um: quousq; spoliaret me veterem homi-
nem. **F**rater quidā interrogauit senem
dicens. Quid ē humilitas? **E**t respōdit ei
senex. Ut benefacias his qui tibi male fa-
ciunt. **E**t dixit frater. Ut perueniat homo
in hanc mensurā quid faciet? **R**espondit
ei senex. Fugiat eligens taciturnitatē. **F**rater aliquis interrogauit senē dicens.
Quod est op' peregrinationis? **E**t ille di-
xit ei. Scio fratrē peregrinantez qui cuz
inuentus ēt in ecclesia. et contigisset ibi si-
eri agapē: sedit ad mensaz vt manduca-
ret cum fratribus. Dixerunt autes quidā.
Istū bic quis tenuit? **E**t dixerunt ei. Sur-
ge et vade hinc foras. Qui surrexit et abiit.
Alii vero contrastati d' expulsione ei? egressi
sunt et reuocauerūt eū: post hec interro-
gauit eum quidā dicens. Quid putas est
in corde tuo: quia expulsus es: et iteruz re-
uocat? **E**t ille dixit. Posul i corde meo
quia equalis essem cani. qui quando inse-
ctatur foras egredit: quando autes voca-
tur ingreditur. Venerunt quidā aliquan-
do de thebaida ad quendam scenem. babē-
